

Johann Bacmeister

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. Med. ... Ad Exequalia Iusta Viro ... Dn. M. Joachimo Schrödero, Pastori ad D. Georgii per XL. annos ... summo iure debita a Vidua & Liberis moestissimis expertita & adornata, publico & solenni luctu exsolvenda Cives Academicos omnium ordinum ... invitat : [P.P. Rostochii, VII. Iunii Anno CI IC LXXVII. Sub Sigillo Rectoratus]

Rostochii: Kilius, [1677]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425203>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

J. Schröder.

Rost. (1677.)

54

73.

PROGRAMMA
qvo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES BAC-
MEISTERUS, D.

Med. & Sup. Math. P.P. Facult.

Med. Senior & p. t. Decanus,

Ad Exeqvialia Justa

VIRO REVERENDO Pl. ac CLARISSIMO

**DN.M.JOACHIMO
SCHRÖDERO,**

Pastor et Doc. Georgii per XL. annos fidelissimo atq;
non solum opimè merito, sed & tandem ob morbum
Chronicum emerito,
tempore jure debita



Vidua & Liberis mestissimis expetita & adornata,
publico & solenni luctu exsolvenda

Cives Academicos omnium ordinum
honoratissimos humanissimè invitati.

**

ROSTOCHII,

Typis Hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

Neteri illâ, omniumq; Populorum, qvi
CHRISTO quidem Propitiatori atq; Con-
servatori nostro nomina dederant, observa-
tione usuq; comprobata consuetudine &
Nos, qvi Doctores & Discentes in Academia
constituti divini caloris flammam quotidi-
sentimus, hisce diebus celebravimus SAN-
CTI SPIRITUS in Apostolos, omnesq; pios instar venti exal-
ruentis, visibili lingvarum discretarum ignearum specie, inti-
mis cœli reseratis penetralibus, ingenti copiâ maximâq; uber-
itate, illustri multisq; testium Myriadibus conspicuo miraculo
Hierosolymis Judææ metropoli emissi atq; effusi memoriam,
nec incomparabile hocce favoris atq; clementiæ divinæ do-
cumentum unquam ex animis nostris elabi patiemur. Largi-
tur qvippe idem SPIRITUS gratiæ, promissionis, revelationis,
viritutis, roboris & hodie nobis lingvarum diversiarum intel-
lectum & eloquium, qvorum adminiculo ac ministerio artes
honestæ & Ecclesiæ ac Reipubl. utiles & necessariae cognoscun-
tur & conservantur. Et certè de nostra salute frustra foret,
qvicq; id spei conciperetur, nisi hic benignissimus SPIRITUS
omne momentum ferret. Concupiscentias namq; carnis com-
pescit; fidem auget; operibus exercendis & voluntatem & fa-
cultatem sufficit; à peccati illecebris avocat; è tentationum
voragine eluctari facit; orantium vices ineffabili supplet suspi-
rio; in calamitatibus solatia suggestit, & tandem in ultimo mor-
tis conflictu beatam nobis emigrationem ex hâc æruminarum
valle largitur & in cœlestem nos deducit patriam, atq; sic unus
ille SPIRITUS SANCTUS & inchoat & absolvit, qvicq; id ad
Hominis conservationem pertinere noverit. Ipse est copula
unionis nostræ cum CHRISTO; ipse Corda agglutinat, & fidē
facit, qvod à DEO in Filios adoptatis simus. Hac fide confir-
mati

mati læti ovantesq; horum dierum festivitatem consumpsimus. Ast nunc ut sunt rerum humanarum vices, uti dolor voluptati fatali & Adamantino seu potius Adamico nexu est colligatus, nærias miscemus, lessum facimus, Mortualia nunciamus. Justa namq; Viro optimo, Pastori fidissimo, Pietatis exemplo, Affini meo proximo charissimoq; exsolvere jubemur. Si verò huic Viro parentationem debitam adornare, vietæ curriculum leviter saltem exili charta delineare qvis tentet, temeritatis; si planè neget, in gratitudinis suspicionē haud effugiet; Testimonium tūm hujus Civitatis; tūm totius Provinciæ, tūm aliorum Locorum bonorumq; Virorum publicū qvāvis laudatione funebri præclarious & augustius præstat exequiale elogiū. Non tamē possum, qvin vitæ defuncti Dn. Pastoris & Affinis mei primū orsam, progressum & egressum paucis delibem. Simonides patriam gloriosam homini virtute prædicto ornamentum, Civem laudatum, Patriæ decus esse dicebat. Fœnerari lucem à Patriâ Viro huic non est necesse, qvia eum Patriæ suæ splendorem auxisse constat. Patria tamen ipsi non Ithaca Illyssis sed Prædium aliquod Ducale in hoc Ducatu Mecklenburgico Freydenberg dictum, in quo Anno M DC XIII. die IX. Martii lucis hujus usurâ donatus est: Natus Parentibus honestissimis, Patre Viro qvondam Spectatissimo ac Integerrimo Dn. PETRO SCHRÖDERO, Serenissimi Principis Mecklenb. Dn. JO ANNIS ALBERTI glorioissimæ recordationis, annæ primū Præfecto, postmodum verò Senatore Ribenitzensi dignissimo; Matre autē EVA Rinsels/Matrona pietate, modestia, & aliis qvæ eum sexū cum primis decent, Virtutibus ornatisima. In hac strictâ Majorū beati nostri DN. M. SCHRÖDERI commemoratione, cum omniū nomina non suppetant, minimè tamen prætereundum esse Atavum ejusdem paternum Virum Reverendum, & optimum Senem Dn.

JOACHI-

JOACHIMUM SCHRÖDERUM, singulari pietate, doctrinâ, vitæ integritate, constantia & veræ religionis Zelo præditum, qvi annos XLII. fidelis ministri officio in hâc Civitate functus, ac præclare de Ecclesia DEI meritus est, de quo Avus meus p. m. Dn. D. LUCAS BACMEISTERUS, S. S. Theol. D. Prof. & Superintendens in Academia & Ecclesia Rostochiensi per multos annos, in ejusdem Schröderi Programmate funebri Anno M DC LXIV. publicato seqventia notavit. Ascivit bunc Schröderum in Collegam ex Scholâ, ubi Juventutem erudiebat, vocatum ad ministerium, JOACHIMUS SLUTERUS, is qvi primus taxatis erroribus papisticis puram & sinceram Evangelii doctrinam in hâc Civitate publice sparsit. Cum hoc aliquandiu ut fidelis magistrus Ecclesiam succrescentem docendo, & administrando, juxta institutionem Christi Sacraenta gubernavit & auxit, hostes profligavit, ac veram Del agnitionem feliciter propagavit. Avum Maternum salutavit Virum Prudentissimum HENRICUM Ansell/ Senatorē Paleo-Krakoviensem qvondam meritissimū. Aviam verò Nobilissimā omniumq; virtutū laude cumulatissimā foeminā ELISABETHAM Welzins/Nobilissimi tūm ac Generoli Dn. CHRISTOPHORI Welzins/Domini in Samit & Namenhagen/Filiam. Ab hisce Parentibus Majoribusq; progenitus Christum ex N. T. födere induit, receptusq; in gratiam à primis unguiculis, ut dicitur, in timore Domini educatus, infantium egressus, virrutis stadium statim ingressus est, idq; non tam extrinsecus adscitis, qvām indolis innatae calcaribus excitatus decurrente, ejusdem felicibus auspiciis contendit. Jactis namq; tūm sub privatis Ptæceptoribus tūm in Scholâ patriâ primis literarum fundamentis, solliciti Parentes eum ad alias triviales Scholas ablegarunt, ut in iisdem principiâ in patriâ hausta, ulterius excoleret: Post Musas sublimiores salutare desiderans, in almam hanc nostram Rosarū Academiam velut uberiorem scientiarum mercaturam concessit, ibidem

dem merces optatissimas à Theologis tum temporis celeberrimis publicitus expositas, non æris vi, sed mentis acie redemit. Qvistorium Seniorem, Cothmannum, Bohlium aliosqve Professores hujus Academiz famigeratissimos avidissima discendi cupidine audiit, à lateribus eorum hæsit, favorem, amorem & benevolentiam sibi conciliavit. Præprimis speciali maximè Reverendi ac celebratissimi Theologi Dn. D. Joh. Qvistorpii P.P. & Superintendentis Rostochiensis optime meriti informatione, domestico namq; ac commensalis utriusq; tam felici successu usus est, ut aliquoties de Cathedrâ Ecclesiasticâ magno cum auditorum applausu concionaretur. Annis qvidem in aliis Academiis ulteriorius iter cœptum continuare; Ast perdita Bellona, qvæ tūm temporis universas hasce oras maritimas Baltici Oceani inundarat, quasi carbasa contrahere, inq; primo vado eum subsistere coegit. Qvare Consilio Dn. Hospitis in Concionibus ad populum habendis se diligenter exercuit, & hac sedulitate tantum effecit, ut disponente ita Divino Numine ab Amplissimo hujus Urbis Senatu prævia Concione donipasim, in qvâ verba Apocalypf. c. 2. v. 10. Esto fidelis usq; ad mortē, & dabo tibi Coronam vite maximo Auditorum cūm applausu explicavit, ad Pastoratū in templo D. Georgio Sacro vacante Anno MDC XXXVII. ipsa Dominica Esto mihi, anno ætatis XXIV. legitimè vocaretur. In publico officio constitutus de legitimâ thori Socia sibi conjungendâ anceps substituit, felicibusq; usq; dum auspiciis Antecessoris sui Viri Pl. Referendi & Clarissimi Dn. M. CONRADI HUSWEDELII, relictâ Viduâ DOROTHEA Backmeisters / Sorore meâ unicâ superflite charissimâ, optatissimâ thalamijugalis sociâ legitimè potiretur. Expertus est hocce Conjugium secundum juxta ac fœcundum, videns ex eodem palmites Novem protuberantes jucudissimos, qvatuor sc. Filios & qvinq; Filias. Primogenitus Filius JOACHIMUS Patris vesti-

Vestigiis gnaviter institit, & monstrando rudibus semitam ad
vitam coelestem fecit officium, hincqve Anno M DC LXI.
Pastor Slemminensis in Pommerania electus, postmodum
inde à Serenissimo Dn. GUSTAVO ADOLPHO Principe
Vandalorum Dn, nostro clementissimo, Anno M DC LXVI,
ad Pastoratum Neokaldensem vocatus, annoq; M DC XXI. ab
eius Celsitudine Præpositus Ecclesiarū Præfecturæ tūm Dragu-
nensis tum Neokaldensis constitutus, cum uxore suā fœmina
decoratissima MARIA ELISABETHA Kahlen/ pie defun-
ctum trium nepotum, Joachimi sc. Georgii, Gustavi Hermanni,
& Philippi Christophori, neptiumq; duarum Sophiae & Do-
rotheæ Mariæ Ayum cōstituit; Filia vero primogenita DO-
ROTHEA Viro Reverendo pl. & Clarissimo Dn. JOANNI
MOLLY, Pastori Goldbergensi & Præposito Cœnobii virginū
Dobbertinensis nec non Ecclesiarum Præfecturæ Goldbergen-
sis, in Matrimonium elocata, pie defunctum duabus neptibus
Clara nimirū Eva & Anna Sophia, unoq; nepote Avo Cogno-
mine Joachimo beavit. Secundo genita Filia ELISABETHA
Viduū nunc thorū premens, stante Matrimonio qvod cum Vi-
ro integrissimo JOANNE ERNESTO ARMEDINGIO inie-
rat, octo propullulantes ex horto conjugali flosculos Parenti
ostendit, Filiam nempe unam Evam Aviæ Paternæ cognomi-
nam, septemq; Filios Joachimum, Conradum, Joannem, Chri-
stianum, Albertum, Ernestum & Matthæum. Filius secundo
genitus PETRUS Typographus Parchimensis, cum uxore suā
ANNA Schmalbachen unum Filium, duasq; Filias, ex
qvibus Filius unicus & altera qvæ seqvioris erat sexus, lucem
hanc mundanam vivi non aspicerunt, suscepit. Tertio geni-
tus Filius CHRISTIANUS in ipsa infantili ætate Patrem in coe-
lestem Patriam præundo, turbato naturæ ordine antevertit.
Eadem vita Metamorphosin experta est Filia tertio geni-
ta EVA; XVII. qvippè ætatis anno stationem hanc mundanam
relin-

relinqvens Virgo inculpata sese Sponso suo cœlesti Salvatori nostro JESU CHRISTO stitit. Filia qvarto genita SOPHIA Vi-
ro Reverendo pl. ac Clarissimo Dn. M. JOANNI MAURITIO
POLTZIO Pastori ad D. Georgio hic vigilantissimo , nuptum
data sex Liberorum trium sc. Filiorum Joannis, Joannis Joachi-
mi & Matthæi Diderici, totidemq; Filiarum Dorothæ Catha-
rinæ, Sophiæ & Catharinæ in Conjugio productorum Avum
defunctum constituit. Filius quarto genitus JOANNES Vir,
dum adhuc superstes, tam vitæ in columitate quam Doctrina
atq; moribus clarg, à Serenissima Principe ac Dn. Dn. SOPHIA
AGNES Principe mea clementissimâ ante biennium & qvod
excurrit Pastor Baumgartensis clementissime constitutus, cum
Uxore sua fœminâ lectissima MARGARETHA Varenhor-
stes unum filium Joannem Georgium, unamq; filiam Sophi-
am Agnes luci huic mundanæ ostendit. Ultima Filia in utero
Materno extincta est. Atq; sic noster piè defunctus Dn. Affinis
novem Liberorum Parens, XXVII. autem Avus exstitit, be-
nedictionemq; divinam, qvam DEUS in Psalm. 127. sese ti-
mentibus promisit, Uxor tua sicut vitis abundans in latentibus do-
mus tuae, Filii tui, sicut novella olivarum, in circuitu mensæ tuae, pro-
lixè satis expertus est, videndo filios filiorum suorum ; In qvi-
bus educandis erudiendi sq; tantam tamq; indefessam impen-
dit operam, ut primo & ultimo genitos filios ad functiones Ec-
clesiasticas etiam enectos tanquam indefessi laboris ac cura-
rum fructus maximo animi cum prolubio per Dei gratiam vi-
derit. Atq; hinc obitus filii JOANNIS præmaturus, tan-
tum acerbior, quantum ipse erat doctrina, virtute, & donis
auctior. Qvamvis itaq; Conjugium hocce molestiarum
haud expers, adeò tamen concors à primâ rædali accensâ
face, usq; ad funebrem cupressum & qvidem per XL. an-
nos transegit, ut verè, cum T. Pomponio ipsi gloriari li-
cuerit, se nunquam in gratiam cum Uxore rediisse, utpo-
te à

te à qvā nunqvm secessionem fecerat. Nec verò curæ œconomicæ vocationis officia q. vicqvam remorata sunt, qvin potius Conjugalis ope eas leniit, nò penitus ipsi ademit. Unde securus curarum munus suum Ecclesiasticum sedulus, assiduus obiit, ei totum se mancipavit, utpotè cui rectè gerendo totum hominem vix sufficere animadvertebat, tantoq; pietatis Zelo Ovibus, suæ commissis fidei, tum qvoad vitæ innocenciam, modestiam, temperantiam, tūm qvoad liberalitatem erga pauperes atq; egenos præluxit, ut nemini gravis, omnibus verò levis & exemplo esset. Labores vocationis ipsi erant vita, qvi ejus dissimilibus, sibi magis qvam Domino servientibus, mortem minari falso videntur. Nihil etenim de studio suo, impeditus quamvis alqvties per pestes & carcinomata corruptissimi hujus seculi, remittebat, sed & tempestivè & intempestivè secundum Doctoris gentium monitum, instabat, omnes diligenter erudiens, hos in veris fidei capitibus instruens, & ad virtutum studia incitans, illos à pravis dogmatibus revocans, & à flagitorum sordibus reducens. Mundi divitias flocci habebat, nec illis delicatulorum qvorundā more, qvasi pullos exinde exclusurus, cotidiè incumbebat, sed larga manu pro ratione non tantum facultatum suarum, sed & ultra sæpissimè suum posse, in pauperes distribuebat, & qvoties ita opus esse animadvertebat, publica pauperum, qvæ ipsius Collegarumq; curæ distribuenda commissa erat, eleemosyna sublevandos curabat; nec ægrotorum, afflictorumq; visitandorum & recreandorum tædia uaqvam subterfugiebat, amicorumq; ve inter se dissidentium compositiones rogatus lubens & qvidem felici cum successu sustipiebat. In templo ad populum præter christianæ doctrinæ capita usitatas Evangeliorum pericopas, passionis dominicæ historiam, hebdomadarijs concionibus Prophetas fere omnes, Librum Ruth, Epistolam Pauli ad Romanos aliosq; complures libros biblicos maxima fidelitate explicavit

ceavit, nec non diebus Festis universa Biblia Exordiorum loco
pertractavit, & per DEI gratiam bis absolvit. Quantum la-
boris habendis Collegii privatis Homileticis in se suscepit,
quantamq; utilitatem inde hauserint Auditores, hoc ipsum
multi Superintendentum atq; Pastorum diversarum Pro-
vinciarum atque Locorum propria manu literis ad pie defun-
ctum Dn. Schröderum datis prolixè testantur. Ut jam ob pa-
gellarum angustiam silentio involvam Literarum illud inde-
fessum commercium, qvod ipsi cum Theologis Orthodoxis
hujus seculi gravissimis, Academiis, earundemq; Professoribus,
Ministeriis item aliarum Civitatum præcipuarum ad finem
ferè vitæ intercessit: omnes namq; nervos, omnē robur in id
intendebat, omnē mentis aciem cō dirigebat, ut Ecclesia Lu-
therana vereq; Orthodoxa bene esset. Novissim meministisq;
optime, qvotq; vot illum olim è suggestu concionantem audi-
vistis, qvanto animo simulatam hypocritarum pietatem de-
texerit, quas spiritus vehementia improborum scelera publi-
cè reprehenderit, quanta in Christo fiducia resipiscentiam
procrastinantibus, suspensionem à Sacramentorum usu, se-
parationem ab Ecclesia consortio, deniq; exclusionem
è regno cœlorum denunciarit, & qvam paterne unum qvem-
que sui officii commonefecerit, qvæq; hujusmodi sunt sex-
centa alia, qvibus recensendis ut prolixiores simus, tem-
pus non permittit. Tribus ut me expediam verbis, qvis est,
qui Schröderum nostrum penitus novit, & eundem fuisse
neget Typum fidelium in sermone, conversatione, chari-
tate, spiritu, fide, castitate? qvis in dubium vocabit notam
ipsius vigilantiā & curam pro Ecclesia? Cui non tantum
vivus valensq;, sed etiam moribundo, imò sepultus consultum
voluit, relictis post se variis piis meditationibus, qvibus Ec-
clesiæ incrementum atq; commodum pro virili promovere
ausus est. Plura fortean etiam præstisset, nisi volente atq; diri-
gente hoc ipsum Divino Numine ante aliquot annos in gra-

B

vem

rem planeque incurabilem incidisset Morbi, quem ex nullo alio principio,
quam frequentibus aggrorum paupertorum in locis subterraneis ha-
bitatium visitationibus & quidem horis matutinis jejuno adhuc Roma-
no originem traxisse omnino statuo. Annus namq; jam agitur XVI. ex
quo primum de dolore Capitis punctivo & quidem sinistri lateris fere circa
regionem bregmatum conqueri coepit, qui nervosum totius corporis genus
in consensum trahebat, simulq; & loquendi & cibum capiendi potestatem
ipsi adimebat. Adhibebantur varia quidem tam interna quam externa
remedia, verum frustra omnia, nec ipsius natura chirurgi manum ferre po-
terat, quia velomnium felicissime malum hoc radicitus extirpari potuisse;
Erat enim Caries ipsius Cranii cum ulcerosa ejusdem intra laminas con-
stitutione, ex acrum humorum ad partem debilem & affectam affluxu,
prout hoc ipsum luculenter satis ex Cranii circa partem affectam subsiden-
tia, filamentis ossis, quae per narres cum eorundem muco saepissimè excer-
nebantur, & tenacissimi, humoris peregrini, fætidi, rubicundi è na-
ribus evacuatione apparebat. Cum itaq; secundum Prognosin Medicam
Caries ossum circa tendines, arterias, venas, nervosaq; partes existens
difficulter, rarissimè & saltim in quadratis robustissimisq; corporibus cure-
tur, & hæc Caries suturam ex parte sagittalem tangebat, atq; sic ipsam
duram meninges in commissura presentem & per consequens nervosum
omne genus afficiebat. In consilium adhibiti celeberrimi Germaniae Medici
Prætici, verum nullo alio successu, quacum, ut factis ad tempus quidem induciis
malum latius semper serpendo in pejus rueret, variisq; symptomatibus
scorbuticis comitatum optimum huicce Virum plane redderet ineptum
ad habendas pro Cathedrâ Ecclesiasticâ amplius conciones. Hoc ipsum
animadvertisens Amplissimus hujus Urbis Senatus, ante X. circiter annos
de Ecclesiâ Christi egregie meritum Dn. SCHRÖDERUM emeritum
Pastorem declararunt, curamq; animatum Genero ejusdem Viro pl. Re-
verendo & Clarissimo Dn. M. JOANNI MAURITIO POLTZIO, Affis
& Compatrio meo honorando commiserunt; Quanta cum patientia autem
quantaque constantia acutissimos etiam dolores per totum morbi decursum
sustinerit, norunt omnes, quibus cum æstior quedam amicitia ipsi inter-
cessit. Experta est & Conjurx ipsius charissima nunc Vidua modestissima per
tautum temporis intervallum in semili decrepitaq; etate, ubi omnia in dete-
rius Vergunt, sua incommoda, nec tamen unquam quicquam eorum in se
desiderari passa est, quæ vel ad Mariti incommoda sublevanda, vel animata
ipsius

ipius refocillandum exhilarandumq; erant necessaria. Nec inuidus Liberi, Generi, Nepotes, Neptesq; fidelem operam & grotanti graviterq; decumbenti præstiterunt, memores tot beneficiorum liberalissima in sece collatorum manu. Porro, si Pietatem omnibus satis cognitam huius Viri spectemus, exoptandum quidem, ut rebus hisce terrenis diutius interesse potuisse, illarumq; plagas & calamitates salubri ardentissimarum precium remedio, & vita sanctitate lenitū & mitigatum iret. Quo enim pauciores dantur, qui hanc medelam vulnerum Patriæ nostræ unicam agoscunt & re ipsa amplectuntur, eo longius ævum precondum illis, qui melioris ingenii & grege cœterorum eam sibi habent nocte dieq; commendatissimam, eaq; non parum laxamenti doloribus & miseriis, queis hac peste temporum affligimur, à summo Numine impetrant & conseqvuntur. Horum vero manibus morbo lassatis, ac ipsa deum morte eneatiscum nihil præterea restet opis, quod remedio esse queat, quis non videt in pejus cuncta ruitura, & spem salutis omnem amoveri? Apparet enim Rectorem Universi sceleribus seculi iratum & furore plenum à nostrâ salute adeò aversum esse, ut nec piorum preces ulteriorius audire & ferre velit. Quâ de causâ non immorito prudentioribus piorum deqye Ecclesia Christi optimè meritorum funera suspecta & imminentium calamitatum præfigia certissima videntur. Sed ut ad piè defunctum revertamur: quamvis nemo intelligentiū ipsum debito honore & amore volens fraudaverit: In tanta tamen Ingeniorum varietate, in tantâ nostrâ felicitatis iù his terris inconstantia, in tanta seculinostrâ perversitate, versutiâ & improbitate, nec ipsum meliorem patribus suis, nec sortem ejus potiorem fuisse communis, me taceo, qvilibet noverit. Universa namq; sunt secundum Salomonem, Vanitas, nec alia bene meritorum Virorum fortuna, quam quod omnis illa recte & præclarè factorum memoria facile exolescat, vixq; unus reperiatur, qui grata mente recordetur beneficii ante collati. Abjecta itaq; omni rerum humanarum curâ, cum Pleuritidem morbum acutissimum non ita pridem adventantem animadverteret, viriumq; jacturam indies magis magisq;, nec non sub eadem finem vitæ ac laborioso peregrinationis suæ adesse persenticeret, latissimum beatæ commigrationis nuncium latus accipiebat, sicq; lassus curis, fessus de via, defatigatus cursu CHRISTI merituta ingemiscens sanâ mente ex hac vitâ tanquam ex hospitio latus & agens gratias inter Uxor, Generi aliarumq; Agnatorum preces ipsis Calendis Junii circa tertiam pomericianam

ridianam emigravit, cum vixisset annos LXIV. & duos circiter menses. Hoe
est Vivere, hoc Mori. Imitemur Juvenes, Viri, Senes hanc vitam! Opte-
mus hanc mortem: Ita nec vixisse quenquam pœnitebit, nec pigebit mori.
Coeterum licet obitu hujus Viri, nunc in sandapilâ positi nihilominus ad
pietatem solidam & perfectam nos informemur, quam antehac voce factum
est in Cathedrâ Ecclesiastica Rantis, aut meditationibus piis in luminis oras
emisis: tamen relicta Vidua, Liberi, Generi, Nepotes Neptesq; omnes &
ego, quod lubens profiteor, ceteraq; Cognatio ingentem ex ejus decessu do-
lorem ac lucrum percipiunt, quibus ut subveniamus, ac dolorem, quantum
in nobis est, leniamus molliamusq; longè æquissimum est. Optime autem
id faciemus, si quanta potest maxima frequentia hodie conveniamus & fu-
nus Christiano ritu prosequamur. Quod licet ab omnibus Academæ Ci-
vibus ultro, nec rogatis peractum iri sperem: (ita enim meritus est, ut hunc
ei honorem & cultum, cum aliud non possumus, præstemus:) tamen quid
nocet memores quoq; monere, & currentibus calcar addere. Concur-
rite itaq; Cives Academicæ, concurrите, & vita caducæ catastrophæ condo-
lentes claudite eamq; ad æternæ non scenice sed veræ coelestis vita lœtitiam,
piam veluti parascyen, vobismet ipsis applicate.

P. P. Rostochii, VII. Junii Anno CIC IOC LXXVII.
Sub Sigillo Rectoratus.

Conventus fiet in templo Mariano ad horam primum.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425203/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425203/phys_0017)

DFG

GK




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425203/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425203/phys_0020)

DFG

ipius retocillandum exhilarandumq; erant necesse
Generi, Nepotes, Neptesq; fidelem operam & gro-
beati praestiterunt, memores tot beneficiorum libi-
rum manu. Porro, si Pietatem omnibus satis cogi-
mus, exoptandum quidem, ut rebus hisce terrenis du-
illarumq; plagas & calamitates salubri ardenterissim-
& vita sanctitate lenitū & mitigatione iret. Quo eoi
hanc medelam vulnerum Patrie nostre unicam a-
plectuntur, eo longius zvum precandum illis
grege coeterorum eam sibi habent nocte dieq; co-
non parum laxamenti doloribus & miseriis, que
affligimur, a summo Numine impetrant & consec-
manibus morbo lassatis, ac ipsa demum morte en-
restet opis, qyod remedio esse queat, qvis non videt
& spes salutis omnem amoveri? Apparet enim Re-
bus seculi iratum & furore plenum a nostrâ salute a-
riorum preces ulterius audire & ferre velit. Qvâ
prudentioribus priorum deqye Ecclesia Christi op-
suspecta & imminentium calamitatom præsgia ce-
ut ad pië defunctum revertamus: qvamvis nemo in
honore & amore volens fraudaverit: In tantâ ta-
estate, in tantâ nostrâ felicitatis in his terris inconsu-
eti perversitate, versutiâ & improbitate, nec ipsum
nec sortem ejus potiorem fuisse communi, me ta-
Universa namq; sunt secundum Salomonem, Vanit-
rum Virorum fortuna, qvam qvod omnis illa re-
memoria facile exolescat, vixq; unus reperiatur, qvi
beneficii ante collati. Abjecta itaq; omni rerum
Pleuritidem morbum acutissimum non ita pridem
verteret, viriumq; jacturam indies magis tragicis
finem vite ac laboriosis peregrinationis sue adess-
sum beatâ commigrationis suacum latus accip-
fessus de via, defatigatus cursu CHRISTI meritum
te ex hac vita tanquam ex hospitio latus & agens g-
ueri aliarumq; Agnatorum preces ipsis Calendis Ju-



Liberi; decum-
se collato-
ri specte-
potuisset,
remedio;
antur, qui
ipsa am-
ingenii è
am, eaq;
emporum
rum vero
præterea
a ruitura,
si sceleris-
sse, ut nec
im merito
im funera-
tur. Sed
am debito
rum vari-
seculino-
ribus suis,
noverit.
e meritos
factorum
recordetur
urā, cum
animad-
ib eadem
et, latet si-
tus turis;
sanā men-
toris, Ge-
m pome-
ridianam

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032
Part II Reference numbers on Unit